



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 2. Venedæ, la Lithuanie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

CAPVT II.

Diuisio Geographica Sarmatiae.

§. 1. *Æstiai*, la Prusse, Liuonie, & Samogitie.

ALITER Hesti, seu Æsti, & Ostiones, quorum vestigium translucet in *Esten* Prouinciâ Liuoniæ: in littore Oceani constituntur apud Cassiodorum, apud Eginhardum ad sinum Codanum. Apud hos colligi succinum intelligitur ex Epistolâ Theodorici: quid autem Succinum, & vnde; legatur Philippus Cluuerius cap. 44. lib. 3. Germaniæ antiquæ. Notat etiam Tacitus colligere eos frumenta, & fructus, laborare *supra reliquos Germanos*; quibus verbis, eos Germanis videtur accensere. In Æstiais autem duo populi.

SCYR-
RI { Sidonio Sceri, quorum regio palustris admodum dicitur OVIN apud Iornandem; olim amici Gothorum, fuere postmodum hostes: vnde colligere nititur Cluuerius Gothos fuisse Gothones Germaniæ populos, non è Scandiâ petendos esse.

la Prusse. {

HIRRI { Plinio soli cogniti sunt: quibus addicenda Osericta
la Liuonie, { Insula vulgò *Oesel*, quam Plinius Latrim appellat,
& la Sa- { eamque in sinu Clylipeno collocat, in quâ tradit
mogitie. { Mitridates cætri genus crescere ex quo Succinum defluat.

§. 2. *Venedæ*, la Lithuanie.

EORVM vestigia in extrema parte Meridionali Liuoniæ Cluuerius agnoscit, in vrbe *Vvenden*. Obseruat item ad mare habitasse, & ab illis dictum esse Venedicum sinum, sicut & Pomeraniæ Regionem *Venden*, & Marchiam Vinidorum, in quam cum aliis Slaus transmigrarunt; vbi etiamnum Vinidi nominantur. Annumerantur à Plinio Sarmatis; dubitat Tacitus quoniam non viuunt in plaustris & equis, sed pedum vsu & pernicitate gaudent, & scuta gestant, errant tamen per sylvas Sarmatarum more latrocinandi

nandi gratiâ. In iis tres populi.

TROGLODYTÆ

la partie plus Septentrionale de Lithuanie.

Vadianus in Melam putat esse dictos à specubus, in quibus delitescunt quemadmodum Æthiopici, sed hos declinandi caloris causâ, illos frigoris speluncas habitare, & putat de nostris scripisse Virgilium,

*Illi in defossis specubus secura sub altâ
Otia agunt terrâ, &c.*

GELONI

partie de Mazouie, la Podladie, & partie Occidentale de Lithuanie.

Hostium cutibus se, equosque suos velabant, & se quidem pelle capitis, equos reliqui corporis cute, Mela, & Solinus. Pictos nominavit illos Maro 2. Georg. & 4. sanguinem equorum cum lacte miscere ait:

Et lac concretum cum sanguine miscet equino.

NEVRI,

partie plus Orientale de Lithuanie, & le Duché de Smolensko.

Quibus tempus assignatum, ut in lupos conuertantur, item in eos qui fuere mutentur; ad Borysthenem fluium degunt. Mela, Plinius, & Solinus.

§. 3. Basternæ, aliter Peucini.

Seu Bastarnæ, malè Blasternæ, Valerio Flacco metri causâ Baternæ, quos dubitarat Tacitus utrum Sarmatis annumeraret, quia sermone, cultu, fede, domicilio Germanos referunt, nisi mixtis connubiis uiuerent. Apud Plurarchum, Polybium, & Liuium dicuntur Gallica gens, quod ut explicet frustra se torquet Cluuerius, quis enim nescit Gallos Europam vniuersam peruasisse, Dio Scythas appellat, Strabo Thracibus permiscet, idem Dio Triballos, & Dardanos ait ab iis debellatos esse.

BAS-

TER-

NA-

RVM

VRBES

Carrodunum: *Limbourg*, Cluuerio; putat tamen Petrus Appianus esse *Cracon*, minùs probabiliter.

Clepidaua: *Camieniek*, ab aliis Clepidiana quòd in more Clypei vndique montibus valletur.

Vibantauarium, aliter Vibantanarium: *Bar*.

BAS-

TER-

SIDONES, *parties Bo-*

reales de Russie noire, &

petite Pologne.

Prope Vistulam, ut ex Ptolemaeo, benè colligit Philip-
pus Cluuerius.

Parall. Geogr. Tom. II.

Cc